

PIA VOTA,
IVSTIS ALIORVM PLAVSIBVS IVNCTA!
QVIBVS
VIRO
SVMME REVERENDO, EXCELLENTISSIMO,
AMPLISSIMO, DOCTISSIMO,
DOMINO
VRBANO GODOFREDO
SIBERO,

SS. THEOLOGIAE DOCTORI CONSUMMATIS-
SIMO, ANTIQVITATVM ECCLESIASTICARVM IN IL-
LVSTRI, QVA LIPSIA FLORET, ACADEMIA PROFES-
SORI PVBLICO ORDINARIO, ET AD D. THOMAE
ARCHIDIACONO FIDELISSIMO, MERITISSIMO,
PATRONO ET MAECENATI,
OMNI, QVA PAR EST, PIETATE AC
MENTIS OBSERVANTIA
DEVENERANDO,

NATALEM LXVII

D. III. ID. DECEMBR. clō Iocē XXXVI.

FAVSTO SIDERE REDVCEM,

GRATV LATVR,

SIMVLQVE

OMNIS GENERIS FELICITATEM

SINCERE PRCATVR,

NOMINIS SIBERIANI

PERPETVVS AC DEMISSISSIMVS CVLTOR,

CHRISTIAN. ERNESTVS SCHMIDIVS,

RABENAVIA-MISNICVS, SS. THEOLOGIAE STVDIOSVS.

LIPSIAE

LITERIS IOAN. CHRISTIANI LANGENHEMIL



Kapsel 78 N 14 [81] AK
X 3165 179



EDe festiuos, mea musa, plausus,
Pelle mordentes animi dolores,
Explica frontem, viridique myrto
Tempora cinge.

Scande sublimis iuga sacra Pindi,
Et moras, lauru redimita frontem,
Rumpe seruatas, manibusque tigno
Arripe plectrum.

Barbita laetum modulari carmen,
Increpa chordas, hilaresque flecte.
Ad lyram cantus, strepat vt decenti
Aura susturro.

Nam diem, votis merito colendum,
Sol, nitens nobis melius, reducit,
Quo nouum laetis auibus *Siberus*
Inchoat annum.

Iure solemnus mihi, sanctiorque
Prope natali proprio putandus
Hic dies, laeto celebrandus ore,
Menteque laeta.

Hic dies signo est memorandus albo,
Quod *Viro Tanto* dedit ille vitam,
Et quod ex illo simul adfluentes
Ordinat annos.

Ergo iam laetos pietas amorque
Postulat plausus: pia musa, surge!
Atque *Dilecto* lepidum *Sibero*

Concine carmen!

En! *Vir aeternum* meritis, *Deique*
Praeco, quem nunquam reticebit aetas,
Nube vel spissa rapiet verustas,
Gaudia sentit.

Ipse, qui canis renitet capillis,
Atque nunc annos numerat cadentes,
Ecce! natalem reducem celebrat
Sidere fausto.

Ergo laetanti fremit aura plausu,
Et diem signat nitidis lapillis,
Qui *Domum Tanti Celebrem Patroni*
Rite veretur.

Nec tacet coetus facer hac in vrbe,
Sed Deum supplex rogat, vt perenni
TE beet, sancte Venerande Praeco,
Prosperitate.

Haece concordia simul ore fundit
Vota musarum chorus, atque supplex,
Numen ex alto *Tibi* fausta donet,
Quisque precatur.

TE velut patrem veneratur omnis
Turba, quae sanctis studiis, bonisque
Artibus curam vigilem lubenti
Pectore sacrat.

Quae bonos flores studiosa carpit,
Scripta doctorum, sapientiumque
Versat, et noctes pariter diesque
Excolit artes.

En! apum sicut volitat per arua
Agmen, et dulces epulas odorae
Chloris, ac florum genus omne partu
Consultit ore:

Ac fatur tandem lacrumis Eois,
Ebrium musto tenero rosarum,
Patriae vifens penetrare sedis,
Mella reportat:

Straminis cellas oneratque suavi
Nectare: ornatas ita semper artes
Sedulae musae studio perenni,
TE duce, libant.

Namque *TE* norunt facilem patronum
Litteris; laudant quoque comitatem
Mentis, angusta placide iuuantem
Sorte fruentes.

Hinc *Tua* est musis pretiosa vita,
Hincque natalem celebrant ouantes,
Quem, *Tibi* faustum, roseis quadrigis
Reddit Apollo.

Ergo, quid hero tua postulare
Hoc die possit pietas, videbis
Musa: coniungas precibus litatis
Vt pia vota.

Semper vnitis solet esse maius
Viribus robur: Deus inuocatus
Voce multorum facile mouetur:
Votaque, votis

Iuncta, plus possunt iterata, nudis
Vnius verbis: nihil est precanti
Feruide durum: precibusque iusti
Maxima vis est.

Actamen maius, quod habent petita
Iusta multorum, solet esse pondus:
Nilque tam durum, crebra vota quod non
Flectere possent.

Vt tuis ergo precibus benigne
Adnat coeli moderator, adde
Pro Viro Summo pia vota votis,
Vndique fufis.

Euge! coelestem venerare regem,
Et Deo grates age, quod paternis
Texerit Summi manibus Patroni
Splendida reſta.

Ille morborum repulit dolores,
Flebiles casus procul ire iuffit,
Munus ad ſacrum dedit vsque vires
Sufficientes.

Ergo diuinam celebrare fas est
Prouidam curam; neque iam ſilendum,
Cum piis Numen precibus ſupremum
Praebuit aures.

Gratias ſummo refero parenti,
Et ſimul ſupplex noua vota fundo,
Vt Tibi porro bona largiatur,
Magne Parrone.

Ne preces tu iam modo temne noſtras,
Gentis humanae pater atque cuſtos,
Quas Viro rurfus tibi pro Colendo
Mens mea profert.

Integer, felix, hilaris, Siberus
Hoc vt exacto quoque viuat anno,
Splendeat ſemper, velut inter ignes
Luna minores.

Vt Senex multos vireat per annos,
Tardus in coelum redeat, diuque
Sospes inferſit gregibus piorum,
Quos bene paſcit.

Creſcit occulto velut arbor aeuo
Creſcat exteſtis ita ſemper aetas,
Temporum luſtis, vigeat, cedrorum
More, ſeneſtus.

Det Seni noſtro bona quaeque, tollat
Triftia; adfundat cumulationi
Proſperos annos, grauibus repulſis,
Copia cornu.

Sic dies iſthaec hilaris redibit,
Annuo nobis celebranda cultu,
Saepe; ſic noſtrae feret auſpicata
Gaudia menti!

* * *

78 N 14 [81] 19

PIA VOTA,

...VM PLAVSIBVS IVNCTA!

...QVIBVS
V I R O
...ENDO, EXCELLENTISSIMO,
...SIMO, DOCTISSIMO,

M I N O GODOFREDO BERO,

DOCTORI CONSVMMATIS-
VM ECCLESIASTICARVM IN IL-
LA FLORET, ACADEMIA PROFES-
INARIO, ET AD D. THOMAE
FIDELISSIMO, MERITISSIMO,
ET MAECENATI,
PAR EST, PIETATE AC
S OBSERVANTIA
VENERANDO,

EM LXVII

CEMBR. c[irca] l[et]o l[et]o XXXVI.
SIDERE REDVCEM,

AT V L A T V R,
SIMVLQVE
ERIS FELICITATEM
RE PRECATVR,

S SIBERIANI

DEMISISSIMVS CVLTOR,
RNESTVS SCHMIDIVS,
VS, SS. THEOLOGIAE STVDIOSVS.

U P S I A E
RISTIANI LANGENHEMIL

N 14 [81] AK
779

